



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 2. An accusator aliquando tenetur desistere ab accusatione?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

non licet eam nominare: quia neminem licet sine necessitate lacerare in fama aut aliis bonis, praesertim privata autoritate.

*Sed si delictum sit occultum, & probari possit, sed ex eo non impendeat damnum & speretur proximus emendandus privatis monitis, & ad debitam satisfactionem inducendus; an privato licet eum accusare, non praemissa monitione secretâ?*

*Resp. Juxta multos non licet: quia tunc sine iusta causa infamaretur proximus, & hoc saltem repugnat charitati. Sed S. Thom. in 4. dist. 19. a. 3. q. 1. ad 4. postquam horum sententiam retulit, addit: *Vel dicendum secundum alios quod in accusatione non agitur ad emendationem peccantis, sed ad bonum commune, scilicet Justitiam conservandam per punitionem delinquentis. Et ideo accusatio in judicio bona conscientia potest fieri, etiamsi monitio non precedat: nec est contra preceptum Domini, quod intelligitur, quando agitur ad emendationem peccantis.**

**Q 2.** *An accusator aliquando tenetur desistere ab accusatione?*

*Resp. Tenetur quando deprehendit accusatum esse innocentem; vel cum crimen incipit esse dubium, & tale remanet post diligentem veritatis inquisitionem; vel cum videt se probare non posse: tunc enim injuriam inferret, & pergeret in accusatione; nam quisque Jus habet*

habet ne accusetur crimine falso, aut dubio,  
aut etiam vero quod probari nequit, nam fru-  
stra accusaretur, & sic sine causa ei inferretur  
infamia.

## §. III.

*De Testibus.*

**S**UPPONO ad legitimam & plenam in judi-  
cio probationem regulariter requiri & suf-  
ficere duos testes, ut constat ex omnium sen-  
tentia & praxi, & ex Matth. 18. In ore duorum  
vel trium testium stet omne verbum.

Dico regulariter; nam aliquando unus  
sufficit, ut ad impediendum Matrimonium  
cap. 27. de *Sponsal.* Item ad leviores pœnas,  
unde ex testimonio publici custodis multari  
solent furantes ligna in *Sylva communi*, & in  
Religionibus leves pœnitentiae imponi solent  
ex unius testimonio: quia in iis ita expedit fa-  
cere ad bonum commune. Ita *De Lugo.* Ali-  
quando vero duo testes non sufficiunt, ut in  
testamentis, &c. Testes autem debent sensu  
externo percepisse id de quo testantur, & de  
eodem facto cum iisdem circumstantiis de-  
ponere, & esse omni exceptione majores, hoc  
est, contra quos nihil jure opponi possit, cur  
non sint ad testificandum admittendi.

Sunt autem aliqui qui jure rejiciuntur, ni-  
mum 1. Servus. 2. Mulier Jure Canonico in  
criminalibus, sed in Jure Civili in omni causa

K § admit-